

Laudate dominum de celis: lau-
date eum in excelsis. Laudate
eum omnes angeli eius: lauda-
eum omnes virtutes eius. Laudate eum
sol et luna: laudate eum omnes stelle et
lumen. Laudate eum celi celorum: et aqua
omnes que super celos sunt laudent no-
men domini. Quia ipse dixit et facta sunt
ipse mandavit et creata sunt. Stetit ea
in seculum et in seculum seculi: preceptum
posuit et non preterbit. Laudate domi-
num de terra: dracones et omnes abyssi
Ignis grando nix glacies spiritus pro-
cellarum que faciunt verbum eius. Mon-
tes et omnes colles: ligna fructifera et o-
mnes cedri. Bestie et coniuersa pecora: ser-
pentes et volucres pennate. Reges terre
et omnes populi: principes et omnes iu-
dices et principes iuvenes et virgines senes cum
iunioribus: omnes qui volunt
erant voluntarii: laudent nomen domini: quia
fessio eius super celum et terram: et exalta-
uit cornu populi sui. Hymnus omnibus
sanctis eius: filijs israel populo appropin-
quanti sibi. Alleluia. CXLIX.

Antate domino canticum nouum:
laus eius in ecclesia sanctorum
Letetur israel in eo qui fecit eum:
et filie sion exultent in rege suo. Laudent
nomen eius in choro: in tympano et psal-
terio psallant ei. Quia beneplacitum est
domino in populo suo: et exaltauit man-
suetos in salutem. Exultabunt sancti in
gloria letabuntur in cubilibus suis. Ex-
ultationes dei in gutture eorum: et gladij
incipites in manibus eorum. Ad facien-
dam vindictam in nationibus: in cepta-
tiones in populis. Ad alligandos reges
eorum in compedibus: et nobiles eorum
in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudi-
cium conscriptum: gloria hec est omnibus
sanctis eius. Alleluia. C.

Laudate dominum in sanctis eius
laudate eum in firmamento vir-
tutis eius. Laudate eum in vir-

tutibus eius: laudate eum per multitu-
dinem magnitudinis eius. Laudate eum
in sono tube: laudate eum in psalterio et
cithara. Laudate eum in tympano et cho-
ro: laudate eum in cordis et organo. Lau-
date eum in cymbalis bene sonantibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis:
omnis spiritus laudet dominum.

Alleluia.

Explicit Psalterium.